

*Cav. 24. ord. 4*

**INNOCENTII  
CIRONII  
OPERA  
IN IVS CANONICVM,  
QVORVM ELENCHVM SE QVENS  
PAGINA EXHIBET.**

QVINTA COMPILATIO  
**EPISTOLARVM**  
**DECRETALIVM**  
HONORII III. PONT. MAX.

Nunc recens è tribus vett. M.SS. in lucem data,  
& Notis illustrata,

Studio, & industriâ **INNOCENTII CIRONII**,  
Iuris utriusque Professoris, Canonici, ac Ecclesiæ,  
& Academiæ Tolosanæ Cancellarij.

*Cum dupli<sup>c</sup> Indice, primo, Titulorum, altero rerum  
verborūmque Alphabetico.*



**TOLOSÆ,**  
Apud **P E T R V M B O S C.**

---

M. D. C. XLV.  
Cum priuilegio Regis.

*Ex Bibliotheca D. N. Andreæ Garcia, Treviñœ, a Saraniego.*





V T R O  
ILLVSTRISSIMO  
DOMINO,  
D. PETRO SEGVERIO

FRANCIAE CANCELLARIO,

INNOCENTIVS CIRRONPVs

ONVMENTVM istud Iuris  
Pontificij diu latuit penè obliuioni  
mandatum , ita vt postremis tem-  
poribus eruditorum etiam diligen-  
tiam effugerit. Nec mirum , si tan-  
diu tenebris obuolutum remansit , si luce caruit  
quâ posset illustrari , & in apertum prodire, So-  
lem Gallia non habebat. Et licet summa Eccle-  
siastici Iuris sydera eduxerit , verus tamen Sol  
decerat, quem ad hæc tempora mundi Opifex re-  
seruauit. Te , inquam , huius regni Nomophyla-  
cem , Patrem Francici Imperij , *Βασιλεῖαν απόφυγε;*



toutes faictes & exploits necessaires, sans demander aucune permission : Car tel est nostre plaisir, nonobstant clameur de Haro, Chartre Normande, ou autres lettres à ce contraires. Donné à Paris, le 16. iour de Septembre, l'an de Grace mil six cens quarante cinq. Et de nostre Regne le troisième. Signé par le Roy en son Conseil, C R A M O I S Y. Et scellé du grand sceau en cire jaune, sur simple queüe.

PAR LA GRACE DE DIEU ROI

Ledit Pierre Bosc a transporté la moitié de sondit Priuilege  
à Arnaud Colomiez.

Achevé d'imprimer pour la première fois, le 15. Octobre 1645.



QVINTA  
COMPILATIO  
DECRETALIVM.  
CVM NOTIS.

TITVLVS I.

De Constitutionibus.

*HONORIVS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM  
Dei, dilecto filio, Magistro Tancredo, Archidiacono Bononiensi, salutem, & Apostolicam benedictionem.*

CAPVT I.


**N**OVAE causarum emergentium quæstiones nouis exigunt decisionibus terminauit, ut singulis moibis, competentibus remedijs deputatis, ius iuum cuique salubriter tribuatur. Licet igitur a quibusdam prædecessoribus nostris, per ea quæ suis temporibus sunt decisa, forma futuri negotijs prouidè sit relicta: quia tamen prodigia rerum natura, secundum varietas multiplicium casuum, pariter quotidie nouas causas; nos quasdam Epistolas Decretales super his, quæ nostis subiecta temporibus, per nos, vel fratres nostros decidimus, veletiam alijs de ipsorum consilio commisimus decidenda, compilari fecimus; & tibi sub Bulla nostra duximus destinandas: quo circa discretioni tuae per Apostolica scripta mandamus, quatenus eis solemniter publicatis, absque ullo scrupulo dubitationis utaris, & ab alijs recipi facias, tam in iudicijs, quam in scholis.

Non possuntur.

# PARATITLA IN QVINQVE LIBROS DECRETALIVM GREGORII IX.

Auctore INNOCENTIO CIRONIO,  
Iuris utriusque Professore, Canonico, & Ecclesiæ,  
ac Academiæ Tolosanæ Cancellario.

*Cum triplici Indice, gemino Titulorum, tertio rerum  
& verborum Alphabetico.*



TOLOSAE,  
Apud PETRVM BOSC.

---

M. DC. XLV.  
*Cum Privilegio Regis.*





ILLVSTRISSIMO,  
ET REVERENDISSIMO  
DOMINO  
D. CAROLO DE MONTCHAL,  
ARCHIEPISCOPO TOLOSANO.

*INNOCENTIVS DE CIRON FELICITATEM.*



AB ESI, PRÆSVL ILLVS-  
T RISSIME, laborum meorum  
fructum, quorum tu impensiūs ra-  
tionem exegisti: seriūs quidem  
quam par fuit, si debitum; ocyūs  
si rei pretium expenderis. Solent fœneratores obæ-  
ratorum moras usuris amplioribus plectere: cessa-  
bit in meratio ista, quò enim magis diem subtraxi,  
eò minus reum me profiteri audeo. Nec enim un-  
quam mentem meam & animum ambitionis &  
gloriæ œstrum impulit, cùm post illustres & præ-  
stantes Viros qui Iuri Pontificio manum admo-  
uerunt, meam addere superuacaneum existimâ-  
rim. Quid ergo, vanum, imò ridiculum, dicta  
iam, excussa, discussaque decantare? Hoc facile



**PARATITLA**  
**IN QVINQVE LIBROS**  
**DECRETALIVM.**  
**LIBER PRIMVS.**

De summa Trinitate, & Fide Catholica.

**TITVLVS PRIMVS.**



**R**EGORIVS. Nonus hunc Iuris Canonici Codicem ad exemplum Iustinianei compositum, à nobiliori parte inchoauit, quæ fidei & religionis Catholicæ summam respicit, & præsertim à tractatu de Summa Trinitate: cùm ad postrema usque tempora controuersiæ de ea diu exagitatae quodammodo sopitæ, nec tamen omnino extinctæ fuerint. Trinitatis indiuisa substantia òmnia, ijs admodum ingrata fuit, ad quos Anj venenum peruenit. Hæc pestis diu grassata tam in Oriente, quam in Occidente, causa fuit cur antiquum illum glorificationis hymnum, *Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto*, semper in Ecclesia decantari solitum, Synodus Nicæna augeri decreuerit hoc versiculo, *Sicut erat in principio, &c.* quem statim receptum fuisse, constat ex Vasionensi, seu Vasensi Concilio; vt hoc additamento vetustas, seu traditio Ecclesiæ demonstraretur. Cuius origo fluxit ex ipsius Domini verbis, *Euntes baptizate in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Et in eo fuit obseruantior ipsa Occidentalis, quod in fine cuiusque psalmi dictum hymnum subiunxerit; Orientalis vero post completos Psalmos, & Antiphonas, vt scribit Cassianus lib. 1. cap. 8. Sicut autem Trinitatis mysterium semper ab orthodoxa fide

A

OBSERVATIONES  
IVRIS CANONICI  
IN QVINQVE LIBROS  
D I G E S T Æ,

Ab INNOCENTIO CIRONIO I. V.  
Professore, Canonico, Ecclesiæ, & Academiæ  
Tolosanæ Cancellario.

*Cum duplice Indice, priore Cupitum & Argumentorum; posteriore  
rerum & verborum Alphabetico, ad calcem Oris.*



T O L O S Æ,  
Apud PETRVM BOSC.  
M. D. C. XLV,  
*Cum privilegio Regis.*



IOANNI BAPT. CIRONIO,  
EQVITI, IN SENATV  
TOLOSANO PRÆSIDI,  
ET COMITI  
CONSISTORIANO.

INNOCENTIVS CIRONIVS  
S.



PICILEGIVM quod tibi do,  
( Frater Colendissime ) ex tenui  
messe prodit : agrum litterarium  
diutiùs tecum serui & excolui , at-  
que ab incunabulis ad extremos vf-  
que annos , quibus viuimus , id negotium per-  
duximus. Lucubrationum nostrarum argumenta  
semper communia fuere , & si quid dignum lau-  
de , id tuæ operæ , consilio , & industriæ debe-  
tur. Non equidem hanc *σαχιολογίαν* magni facio ,  
quam potiùs *χαρφολογίαν* appellare debeo , cùm ni-  
hil ex assidua nostrorum studiorum cultura præ-  
ter leues stipulas , paleasque tibi reddam. Sed



# OBSERVATIONVM IVRIS CANONICI LIBER PRIMVS.

## CAPV T \* I.

*CRIMEN FALSI QVO MODO SIT CAPITALE.*

*Cap. ad Audientiam explicatum, extra de criminis falsi, Cap.*

*Nouimus. de verb. signif. & Cap. 2. de Clerico excommun.*

**I**n cap. ad audientiam 3. de crim. falsi apud Gregorium, Urbanus III. falsi crimen degradatione p[ro]segitim in falsariis diplomatum regiorum puniti iubet. Innocentius III. præter p[re]nam regradationis & rebatur, eos iudici seculari puniendos tradi vult, cap. 7. eod. Falsum est autem, quod quidam ex his capitibus inferint, grauius puniri falsatorem diplomatum Pontificorum, quam Regionum; quod nunquam venit in mentem Innocentio III. qui cum esset summus Iuris consultus hoc crimen maiestatis criminis affine esse, & idcirco capitale non dubitauit in l. 2. ff. ad l. Jul. maiestat. & hæc est magnitudo commissi, quam intelligit Constantinus in l. 22. G. ad l. Cornel. de falsi. Quid ergo? mens fuit Innocentij III. falsatores litterarum non tantum Pontificiarum, sed Regiam quoque præter regradationem sacerdotali p[re]na plectere, quod cum nullis canonibus aperte fuisse definitum, ipse primus statuit in dicto cap. 7. & t[er]tia ipsam indicat in cap. nouimus. de verb. signif. his verbis, in nostro decreto contra falsarios edito. Nostrum vocat, quod primus statuerit, ut crimen hoc ad iudicem secularem remitteretur, quod nec Alexander III. in Concilio Lateranensi, parte 126. cap. 3. nec Urbanus III. fecerant. Antea quidem id statutum fuerat à Carolo M. in suis Capitul. ut ex Triburiensi Concilio cap. 30. refert Buichardus, & Gratianus in Can. in memoriam. dist. 19. in quo Imperator falsi p[re]nam ad legis Romanæ definitionem reducit, quoties inter-